

nomine scriptum est. Nam Plato ita de hac re scripsit:³⁸ *Grave vero et leve cum deorsum natura et sursum dicta discussum forte declarabitur clarissime. Natura enim quosdam locos duos esse separantes in duo universum contrarios, alium deorsum, ad quem feruntur omnia quaecumque aliquam corporis molem habent, alium sursum, ad quem violenter proficiscitur omne, non est rectum existimare.*

Quibus in verbis duo sunt Aristotelicae relationi contraria: alterum duo haec loca natura non esse contraria: alterum sursum omnia invita ferri.

10 Sed non est hic locus litem hanc satis arduam pro veritate decernendi, satis nunc sit indicasse Aristotelis obiectionem. Sed utra verior sententia sit, propria discussione est a nobis discussum.

Duobus locis sine ulla obtrectatione refert Platonis sententias 2. De coelo capite 13. et 2. De generatione capite 5. Sed libro 15 1. capite 2. obtrectatio est plena mendaciorum.³⁹ *Plato quidem de generatione consideravit et corruptione, ut inest rebus, et de generatione non omni, sed elementorum, quomodo autem carnes et ossa vel aliud quid talium nihil. Adhuc neque de alteratione, neque de augmento^x, quomodo insunt rebus, omnino vero praeter superficialia de nullo,* 20 *nemo scripsit praeter Democritum.*

Haec tot ac tam aperta mendacia nemo melius quam ipsa Platonis verba huc adscripta redarguent. Non enim de generatione

³⁸ βαρὺ δὲ καὶ κοῦφον μετὰ τῆς {τοῦ} κάτω φύσεως ἄνω τε λεγομένης ἐξεταζόμενον ἀν δηλωθείη σαφέστατα. φύσει γὰρ δή τινας τόπους δύο εἶναι διειληφότας διχῇ τὸ πᾶν ἐναντίους, τὸν μὲν κάτω, πρὸς δὲ φέρεται πάντα ὅσα τινά σώματος ὅγκον ἔχει. τὸν δ' ἄνω, {πρὸς} δὲ ἀκουσίως ἔρχεται πᾶν, οὐκ ὁρθὸν οὐδαμῆ νομίζειν. [PLATO, Ti. 62.c.3 – 8]

³⁹ Πλάτων μὲν οὖν {μόνον} περὶ γενέσεως ἐσκέψατο καὶ φθορᾶς, ὥπως ὑπάρχει τοῖς πράγμασι, καὶ περὶ γενέσεως οὐ πάσης, ἀλλὰ τῆς τῶν στοιχείων. πῶς δὲ σάρκες ἡ ὄστα, ἡ τῶν ἄλλων τι τῶν τοιούτων, οὐδέν. ἔτι οὔτε περὶ ἀλλοιώσεως οὔτε περὶ αὐξήσεως, τίνα τρόπον ὑπάρχουσι τοῖς πράγμασιν. ὅλως δὲ παρὰ τὰ ἐπιπολῆς [corr. ex ἐπὶ πολῆς] περὶ οὐδενὸς οὐδεὶς ἐπέστησεν, ἔξω Δημοκρίτου. [ARIST. GC 315a.29 – 35]

^x Corr. ex argumento